

A sensu, ita dicit Philosophus et Cō. in 1. Priorum. tex. cō. 24. Q. uo ad accidentia igitur infœquentia magnitudinis, com munitant ista scientiæ, & quia talia prius fiunt secundum naturam à magnitudine simpliciter, q̄ à magnitudine, ut est in materia. sic enim entia naturalia, & magnitudo naturalis se habent p̄ additionem, ad magnitudinem mathematicam. unde Cō. 3. Cœli & mundi. cō. 18. inquit infine cō. q̄ causa diuisionis qualitatis, est quantitas in eo q̄ quantitas, & ita Mathematicus dicit q̄ magnitudo reſta est imperfecta, q̄a est, aut finita. & sic recipit additionem, uel infinita, & sic caſeretur fine. Figura autem, sic magnitudo rotunda est perfecta, quia inquit finem suo principio. Non tamen secundum naturalem considerationem omni finito potest fieri additio, secundum rem ipsam, quia res naturales ex hoc sunt finitæ, quod habent formam, & ab ea est terminatio. unde ut bene notauit Com. in hac p̄positione Naturalis non concordat cum Geometra, q̄ cōmuni est augmentabile in infinitum, quia ire ad augmentum, est ire ad formam à qua est terminatio, & finis. Nec uideatur tibi mirū hoc, quia multa uerificatur secundum unam considerationem, in aliqua scientia, q̄ tamen in alia scientia q̄ p̄cedit secundum aliud genus abstractionis, nō uerificat de eodē. nā dā ens diuiditur secundum diuisionē demonstratiuā, nō inconuenit ut una & eadē res ingrediatur duas, aut plures artes, ut colligit de mente Philosophi. 2. Phy. tex. cō. 18. & est est sententia Auer. in 2. Phy. in cō. 61. naturalis dicit, q̄ motui circulari nullus motus potest esse contrarius, & tñ Mathematici in motibus circularibus imaginariis factis sup̄ eisdem polis, & eodē axe, sub oppositis modis ponunt contrarietate, quia se impediunt, ut ex preſſe dicit Cō. in 1. Cœli & mundi. in cō. 32. * ¶ Similiter dicit potest, q̄ reſtū & rotundū sunt cōtraria, ut dicit Arist. 1. Phy. 41. in figura, licet. 3. Cœli. 75. dicitur contrarium, & licet Cō. dicit q̄ illud est secundum formam, & in primo alpeſtu. & Them. dicit q̄ illud est ad hominem, quia Democritus talia pro cōtrariis accipiebat. potest tamen dici, q̄ illud est Mathematicæ, licet phyſice rotūdo nihil sit contrariū. ¶ Similiter Mathematici imaginantur corpus sphaericū, motum super plano, contangere illud in puncto, sed naturalis negat contactum corporum fieri in puncto, ut patet primo de Anima. tex. cō. 12. Et similiter Lōgicus dicit quantitati non esse contrarietatem. Et tamen naturalis, qui dicit motum esse de contrario in contrarium, ponit in prædicamēto quantitates esse contrarietatem, & uerum non contradi cit uero. sed hoc est secundum diuersas rationes, & abstractiones. Similiter Mathematici inſequētis imaginationē, quæ est fundamentū suarum p̄positionum, dicunt, q̄ ubi datur maius & minus, ibi dat æquale, & tamē hoc naturalis dicit non habere ueritatem uniuersaliter, quia datur corpus in natura minus luna, & datur corpus maius, & tamen non datur æquale. Sic igitur in simili non ueritatis finitio additio fieri potest, naturaliter loquendo, nec quodlibet tale imperfectum est. Ex his igitur modo intelligere potuisti, quomodo inſinitas in duratione perfectionis, attollatur & non in perfectionis, quia inſequitur uim formæ, non uim materiæ, qualis erat inſinitas in magnitudine. Sed est difficultas de finitate, & inſinitate uigoris, an talia attingerent perfectioni, aut imperfectioni, & utrum quilibet finito, ut sic, possit fieri additio, & an quodlibet tale sic finitum, imperfectum sit. Et præsertim hoc difficultatem habet in intelligentis apud Philosophum. Et hoc quandoq̄ Auer. conatus est cito auſugere difficultatem, inueniendū in 8. Phyſic. cō. 79. q̄ in talibus non est finitum, nec inſinitum. finitum. n. & inſinitum solum de corporibus dici potest. Ratio autem est, quia. . . Phyſic. tex. cō. 1. ratio finitū & inſinitū, ſolū quantitati congruit. Sed illa ſolutio est una ſuga. nam certum est in uia Arist. q̄ species entium sunt inæquales in perfectione & uigore: nam sunt fixi numeri, ut dicit ex mente etiā Platonis in 7. Met. tex. cō. 10. & secundum ipsum. 10. Met. tex. cō. 7. in omni genere est unum primum, quod est metrum & mensura omnium, quæ sunt in illo genere. & in 2. Primæ philosophiæ. tex. cō. 1. unum quodq̄ est maxime tale, p̄pter quod aliis inest uniuocato, ſimiliter indiuidua in eadē ſpecie ſecun

dum Arist. sunt æquales perfectionis. unde. 3. Meta. tex. cō. 11. in indiuiduis eiuſdem ſpeciei, non est hoc prius, & illud poſterius. unde non negaret Arist. quin in abstractis ſubſtantiis, sit inæqualitas in perfectione. & hoc testatur eriam Cō. 12. Meta. com. 44. & in 3. de Anima. cō. 19. & in lib. Deſtruc. Deſtruc. diſpu. 3. in ſolutione 18. dub. Immo etiā ipſe Aue. ab ipſa tandem ueritate coactus multauit reſponſionem ad illam obſtentionē motū, in 8. Phy. & diſtinguit finitatem, & inſinitatem, in duratione à finitate, & inſinitate uigoris, ut patet in 3. c. de ſubſtantia orbis. & in 2. Cœli. in cō. 71. ex preſſe testatur in conſimili dubio, q̄ quando non fuerit facta talis diſtinctio, tunc accidit iſta perplexio. * ¶ Si quis autem ſuſtinendo illam ſolutionē Auer. in 8. Phyſic. c. 79. dicat illam eſſe ex mente Philoſophi in 3. Phy. tex. cō. 35. ubi arguit contra antiquos. q̄ non potest eſſe aliqua ſubſtantia inſinita, ſeparata à ſenſibilibus, quia finitum & inſinitum ſunt paſſiones numeri, aut magnitudinis, dic q̄ arguit ad hominem, quia antiqui & ipſe, ut patet in illo te. loquuntur de inſinito, ut eſt impertransibile. ¶ Cœleſtia igitur iſta diſtinctio ne, quicquid aſſerant Philoſophi de altero Membro, uide licet, de inſinito in uigore. dico q̄ entia finita in uigore, q̄ ſunt citra primum, non poſſunt recipere additionem ſecundum rem in propria natura, quia unum quodq̄ ens emanat à primo principio, ſecundum q̄ eſt aptum natum emanare, & non aliter, unde diſtanti entium in hoc ſunt ualde diuerſa: ut ſcribit Com. in 2. Cœli & mundi. in cō. 63. & iō talia ſunt perfecta in genere, ſed non ſunt perfecta ſimpliciter, quia perfecta ſimpliciter non competit niſi Deo glorioſo, ſicut Com. 5. Meta. in cap. de Perfecto. tale autem eſt ens inſinitum in uigore, quicquid in hoc ſenſerint Philoſophi, non nobis cura de hoc. Sic igitur inſinitum in duratione, non arguit imperfectionem. nec proprie loquēdo dicitur ex priuatione finis, qui eſt perfectio, ſed potius ex priuatione ultimi. unde. 2. Phy. tex. cō. 23. denſiora apoz ſuit dicere hunc finem, cuius quidem cauſa factus eſt, uult n. nō omne ultimum eſſe finem, ſed optimum, ſed inſinitum in magnitudine, dicitur ex priuatione finis, qui eſt perfectio, quia tale inſequitur potentialitatem moteræ, ab illa. n. progreditur, ut patet 3. Phy. tex. cō. 95. inſinitum etiam in uigore ſecundum theologos, & ueritatem nullam potentialitatem inſequitur, quia eſt proprietates uel modus primæ formæ, qui eſt Deus ſublimis.

Grauiſſimum omnium, quod eſt in medio.

Propoſitio iſta eſt Philoſophi in primo Methæorū. terra. n. eſt graue ſimpliciter, quia reſidet ſub omni corpore, ut patet 4. Cœli & mundi. tex. com. 26. Intelligitur inter corpora ſimplicia, ſed fallit comparando eam ad corpora mixta, quia datur aliquod mixtum, grauius ipſa terra, ut plumbum. Gloſſa eſt Auer. in 3. Cœli, & mundi. in com. 3. ubi inquit, q̄ ſimplicia non ſunt eiuſdem naturæ adinuicem, nec ſimplicia cum compoſitis, ſicut nec ipſa compoſita inuicem comparata. nam quantitas minor terræ grauior eſt, & plus pōderat aliqua maiori aquæ, & aliqua pars minor plumbi, plus ponderat maiori certæ terræ, & aurum plus ponderat plumbo. ita etiam ſcribit Auer. in ſuo tracta. de Thæria. Nam grauitas aquæ, eſt grauitas comparatiua, ſed grauitas terræ, eſt grauitas abſoluta. Et ſimiliter grauitas plumbi eſt alterius naturæ à grauitate terræ, quia illa eſt grauitas compoſita, ſed grauitas terræ eſt grauitas ſimplicis. plumbum. n. ex mixtione acquiriit maiorem grauitatem, q̄ ſit in ipſa terra, quia habet grauitatem terræ & aquæ. Vel ex mixtione multa reſultat, quæ non ſunt in miſcibilibus. unde thæria eſt multas nobiles operationes, quas non habent ſimplicia ex quibus cōponitur. Auer. etiam in 4. Cœli. cō. 13. inquit, & primæ qualitates, aliter attribuntur elementis, & aliter aialibus, & tēpori, & loco. Sed dices, ſi mixta mouentur ab elemento dominante, & propter q̄ unumquodq̄ tale, & illud magis, uidetur igitur q̄ ipſa elementa iſta maioris grauitatis, q̄ mixta, & ita plumbum non erit grauius ipſa terra. Niſi

Notabile.

ADDI. *

B

de materia

de materia

de materia

Dubium.

Solutio.

Leopignati.

ADDI.

E

Prop. 5. 26.

F Intellectus
proponit

Dubium.

Solutio. 1.